



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas

Reding, Augustin

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

§. IV. Corollarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38717

*Regum, seu Episcoporum, vel Potentum deinceps
Romanorum decretorum censuram in quocunque cre-
diderit, vel permiserit violandam.*

PROBATIO III.

Prioris continuativa ex decreto Gratia-
ni dist. 12. & 19.

138. **E**tenim in Cap. Non decet. dist. 12. Calixtus Papa ita recripsit: *Nos decet à Capite mem-
bra discedere, sed juxta sacrae Scripturae testimo-
nium omnia membra Caput sequantur. Nulli ve-
rò dubium est, quod Apostolica Ecclesia mater est
omnium Ecclesiarum, à cuius vos regulis nullate-
mus convenit deviare.* Eadem dist. Cap. Precep-
tis. Gregorius Papa Episcopis per Galliam, Germaniam, & univeras provincias constitutis sic recripsit: *Per obedientiam, quae à sancta
Romana Ecclesia & Apostolica autoritate iusta
sunt, salutiferè impleantur, si ejusdem sancta Dei
Ecclesia, quae est Caput vestrum, communionem
habere desideratis.* In Cap. Romanorum dist. 19. Nicolaus Papa mandat, ut quod Apostolica probavit Ecclesia, teneatur acceptum. Eadem dist. in Cap. Sic omnes. Agatho Papa dicit: *Om-
nes apostolice Sedis sanctiones accipiendas esse, tan-
quam ipsius Divini Petri voce firmata sint. Quid
ergo clarius dici potuisse ad stabiliendam Pa-
pæ ex Cathedra Apostolica loquentis in rebus
fidei infallibilitatem, in vi cuius oporteat,
omnia Ecclesiæ membra sequi Caput in tan-
tum, ut quisquis ea, qua Apostolica autho-
ritate sunt iusta, non adimpler, à sancta Dei
Ecclesia communione sit alienus, non aliam
ob rationem, nisi quia Sedis Apostolicae san-
ctiones perinde sunt accipienda, ac si ipsius
Divini Petri voce firmata essent. Ad quam
proinde Petri in Romano Pontifice etiamnum
loquentis vocem, merito Clerus Gallicanus su-
am faciat reflexionem, cum, ut S. Leo in epist.
87. ad Episcopos Vienenses. Cap. II. Dominus.
dist. 19. relatus scriperat: *Christus Petrum in
consortio individuae unitatis assumptum id, quod
ipse erat, voluit nominari dicendo: Tu es Petrus,
& super hanc Petram aedicabo Ecclesiam
meam: ut sic aeterni aedicatio templi mirabili
munere gratia Dei in Petri soliditate conficeretur.**

§. IV.


Corollarium:

139. **H**inc coronidis loco lubuit Clerum Galli-
canum ad sequentes sacros Canones non
tam revolvendos, quam verbo & opere am-
pliendos invitare. Quorum primus Paschal-
lis Papæ in Cap. Significasti. De electi, ita se
habet: *Ajunt, in Concilij statutum non inveniri,
quasi Romana Ecclesiæ legem Concilia ultra præfixe-
rint, cum omnia Concilia per Romani Pontificis
authoritatem & facta sint, & robur acceperint, &
in eorum statutis Romani Pontificis patenter exci-
piatur auctoritas. Cum igitur à Sede Apostolica
vestre insignia dignitatis exigitis, quæ à B. Petri
tantum Corpore assumuntur, dignum est, ut vos
quaque Sedi Apostolicae subiecti signa sol-*

*vatis, quæ vos cum B. Petro tantum de mem-
bris habere, etiam Catholicæ Capitis unitatem servare
declarant.*

Secundus verò Innocentij IV. Canon in Cap. Majores. De Baptismo. sic decerit: *Majores ec-
clesiae causas, praesertim articulos fidei contingentes,
ad Petri Sedem referendos intelligit, qui, eos
querentem Domino, quem discipuli dixerint, ipsum
esse, respondisse notabat: Tu es Christus Filius
Dei vivi: & pro eo Dominum exorasse, ut defi-
ciat fides ejus.*

Tertius denique Lucij III. Canon in Cap. Ad absolvendum. De hereticis. vinculo perpetui anathematis innodat universus, qui de Sacra-
mento Corporis & Sanguinis Christi alter intentus
aut docere non metuant, quam sacrosanctæ Romane
Ecclesiæ prædicat, & observat, &c. Quomodo
autem horum Canonum firmitas subtiliter,
si Romana Ecclesiæ Capitis, Summi Pon-
tificis ex Cathedra loquentis, in rebus fidei ja-
dicium non esset infallibile?



DISQUISITIO V.

*An ex unanimi Patrum consensu & præxi
Ecclesiæ rationeque Theologica demonstrari posse
Papæ in rebus fidei omnimoda & irre-
formabilis infallibilitatis?*

§. I.

Referuntur Patrum hâc dæ sententie,

Author de libertatibus Ecclesiæ Gallicæ
cit. lib. 7. capp. 6. 7. 8. & 9. ab authori-
tate SS. Patrum fuse probat certitudinem ju-
dicij Summi Pontificis in fidei questionibus.
Ad quem proinde Authorem, ne longior ef-
fe debeam, hic remitto Lectorem. Exinde
cap. 10. exhibet antiquioris, imò & moderni
Cleri Gallicani sententiam de iudicio Papæ in
rebus fidei. Toti, inquietus, Clero Gallicano,
tribuendum non est, quod gelum est ab
Episcopis Parisijs congregatis. Non enim
Conventus ille, qui non errandi privilegium
Summo Pontifici adimere tentavit, Con-
cilium Nationale erat, nec iij, ex quibus con-
stebat, aliorum procurationem ad definien-
das eas quæstiones acceperant. Imò admo-
dum odio sae reliquis omnibus, vel ferè om-
nibus in Gallia, sicut & in omnibus alijs Na-
tionibus, visa est declaratio illorum Episo-
coporum, vel ob id saltē, quod tunc tem-
poris edita esset, cum non alio spectare posse
videretur, quam ut Summum Pontificem pro
Ecclesiarum Gallicanarum libertate conten-
dente deterreteret.

Si autem ex ceteris (quod præsumendum
non est, saltē de multis) ponarum in cap.
Et Regio declarationem illam confirmante
contentarum meū, aliqui ad istorum senten-
tiām accederent, audienda potius esset Gallicana
Ecclesia, tunc temporis loquens, cum
minus suspectus erat ejus clamor. Episcopo-
rum illius Nationis tum seorsim, tum simul,